

1183 conversionis suę usque ad extremum vite sine proprio vixit, in ipsa etiam abbacia. Non portavit aliquando clavem, non habuit cistellam, non reditum, non censum sibi specialiter assignentem, sed contentus semper communi vasa et mensa, cum iterum aliquo longe vel prope indigeret sumptibus, officiales sui sibi providebant. Non fuit in victu, non fuit in vestitu, in quo potuisset inter ceteros fratres dinosci, saliter et in sandium, cum maior esset, humiliavit se in omnibus. His et huiusmodi studiis homo Dei deditus gubernabat Sylensem et dūniwicensem ecclesias magister sanctitatis, in quibus quod predicavit verbo, anticipavit exemplo et fecit multa opere, quę alii non attingerent imitatione. Sane a primordio adventus sui huc in Boemiam secute fuerant eum de Dönewald Coloniensis diocesis sorores

indragoffen P bone atque religiose cum deputata sibi custodia virorum bonorum, quas in Lünarow locavit, diligenter clausit et omni disciplina informavit.¹ Quatum longum exilium, voluntaria paupertas et religiosa conversatio erat tunc presentibus bonus ~~odor~~ Christi odor, et odor vite in vitam est hodie et 2. Cor. 2, 15 et usque in seculum secuturis pia recordatio antiquę venustatis, ut sequantur earum vestigia, quę voluerint participari cum eis in gloria. Ex his sororibus auctore Deo cooperante abbate Godscalcio emanavit primus conventus Bernicensis ecclesię sicut de Sylve Jarossensis,² quibus

1) R. Stan. D.

Feb. 26 7^o C. L. ca 1152/101 ~ 6.

2) Krönung und Grab in Mindroffnung.